



Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Tvrriani Societatis Iesv, Aduersùs
Magdeburgenses Centuriatores pro Canonibus
Apostolorum, & Epistolis Decretalibus Pontificum
Apostolicorum, Libri Quinq[ue]**

**Torres, Francisco de
Coloniae, 1573**

VD16 T 1629

Cap. XIX. De consecratione ecclesiarum ad orationem, & sacra operanda,
ex Paulo & euangelio & Esaia, & quomodò qui consecrationem
ecclesiarum negat, idem scripturas negare cogatur. Item quomodò id ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-29685

enim dæmones transfigurant se in Angelos lucis, sic quæ apud nos vera sunt, in falsa apud suos mutant.

*De consecratione ecclesiæ ad orationem & sacra operanda, ex Pau-
lo, & euangelio & Esaia: & quomodo, qui consecrationem ecclesiæ ne-
gat, idem scripturas negare cogatur. Item quomodo id ipsum ex lib. 2. Cle-
mentis de constitutionibus Apostolorum probetur secundum consuetudinem
scripturæ sanctæ ex nominibus templi, quæ in testimonium consecrationis
factæ, usque in hodiernum diem seruantur.*

Cap. 19.

Sequitur deinceps, ut de ritu celebrandi Missam in loco consecrato, Magdeburgensisbus respondeamus, quem negant Apostolicum esse, ut esse quidem Clemens in epist. 3. affirmat: quia, inquit, non meminit Iustinus in apologia secunda, sic isti probant, quæ tradunt, apud quos maior est authoritas tacentis, quam dicentis testimonium. & quod est adhuc magis impia temeritatis, quia Clemens ait hoc loco, hec Apostoli à lenne Magd. Domino acceperunt, & nobis tradiderunt, audent dicere, non esse eius epistolam. Negat igitur similiter epistolam Felicis 4. sanctiss. ac sapientiss. Pontificis, & dicant non esse eius, quia ante mille annos in proemio ipsius epistolæ, quam ille ad omnes Episcopos de consecratione ecclesiæ ad celebrandū Missas scripsit, sic ait: Quamobrem fratres hortamur vos, monemus, & flagitamus, ut à tramite Apostolicæ institutionis nequaquam recedatis, nec à capite dissideatis: sed fidem & ordinem, quem Apostoli & Apostolici viri statuerunt, absque vlla hæxitatione teneatis. Deinde postquam consecrationem Mosaici tabernaculi commemorauit, diuinæ illas Salomonis in dedicatione templi preces recitauit, subiungit: Si enim Iudei, qui vmbrae legis deferuiebant, hæc faciebant: multò magis, quibus veritas patefacta est, & gratia & veritas per Iesum Christum data est, templa Domino ædificare, & prout melius possumus, ornare, eaq. diuinis precibus & sanctis vocationibus cum altaribus & vasis, vestibus quoque & reliquis ad diuinum cultum explendum utensilibus deuotè & solenniter sacrare, & non in alijs locis, quam in Domino sacrificis ab Episcopis, celebrire, nec sacrificia offerre Domino debemus. Differamus ergo cùm ihsis scripturis, quas in ore ferunt semper. Docet Apostolus in epistola ad Hebreos, tabernaculum, quod Moyses, ut in Exodo scriptum est, benedixit, Ecclesiæ & quæ in tabernaculo secundum legem fiebant, ut orare, & sacra operari, ex scripturis & munera offerre, tum ministros ipsius tabernaculi, omnia deniq. ecclæ sanctis. sive nostræ, & eorum quæ in ecclæ fiant, & ad ecclæ pertinet, quæ idem Apost. in eadem epistola cælestia vocat, vmbras & exemplaria esse, H. b. 8. sicut responsum est Moyse, cùm consummaret tabernaculum: Vide, in- Heb. 9. quit, omnia facito secundum exemplar, quod tibi monstratum est in mon- te: nihil

*Argum. ex ne-
ganibus so-
lenne Magd.*

*Felix 4. de co-
secratione ec-
cles.*

Ioh. 1.

*Disputatio de
consecratione
Ecclesiæ*

sanc.

! UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Exod. 25.

te: nihil enim horum excepit, qui dixit omnia. immo neque Moysi solùm, sed Regi quoquè Dauid idem ostensum est de templo à Salomone ædificando: & rursus Dauid Salomonem docuit per spiritum Dei eadém, quæ sibi erant ostensa, vt templum ædificandum, & cætera, quæ ad templum secundum legem pertinebant, ymbras item esse & exemplaria verorum & cœlestium. sic enim Paulus (vt dixi) vocat ecclesiam nostram, & ea, quæ ecclesiæ nostræ sunt. Sicut enim lex spiritualis erat, vt Apostolus ad Romanos scripsit, quia scilicet ymbram habebat spiritus, siue rerum spiritualium noui testamenti: sic ecclesia nostra, & ea quæ in ea fiunt, celestia sunt & dicuntur, quia sunt imagines earum rerum, quæ in celo sunt vel fiunt. Hoc autem, quod de Dauid diximus, scriptum est in priore lib.

I. Par. 28.

Quod ostensum fuerit regis David de templo à Salomone ædificando, omnia pertinebant. Paralip. Dedit autem (inquit) Dauid Salomonis filio suo descriptionē porticūs, & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis: deinde subiungit, Necnon & omnium, quæ fuerunt in spiritu cum eo. Sic enim est apud 70. id est, quæ gratia spiritus S. cū docuerat. Sic enim Theodoretus interpretatus est in 3. libro Reg. c. 8. vbi huc locum libri Paralip. obseruavit. Igitur tabernaculum, quod Moyses benedixit, & templum, quod Salomon dedicauit, & quæ in eis secundum le-

Deut. 16.

testamento: & sicut Apost. ait, ymbram habebat lex futrorum bonorum, templum non; non ipsam imaginem rerum. Quæro igitur à Magd. & cæteris Luteri sectatoribus, quid ipse re ac veritate ostendant pro agno typico & ymbratili, quem Iudei comedebant? respondebunt sanè cœnam suam Dominicam, vt ipsi vocant, & mystica benedictione, vt putant, confectam. Quæro rursum, quid ostendant pro loco item typico & ymbratili, quem Deus elegit Iudeis, in quo agnum comedere deberent, vt est in Deutero. scriptum: an ostensuri sunt speluncas suas, id est, loca communia & profana? quod si locum communem ostendunt, quæro iterum, quæ veritas in loco communii & profano per Iesum Christum facta sit, quæ ymbram & figuram illius loci Iudaici, agno edendo benedicti & consecrati, iuxta verbum Domini

Ioann. I.

Magd. quid quæ absurdum, tate seu periculo ostende. sic quoquè, si Paulo Apostolo credunt, ostendere debent locum sua item re cogantur. impleat? siquidem lex per Moysem data est, veritas autem & gratia per Iesum Christum facta est. Ut enim se putant ostendere panem mysticabene dictione consecratum, qui ymbram & figuram illius veteris agni implet, benedictione in nomine Christi consecratum, qui ymbram illius veteris loci sua item benedictione typica olim benedicti respondeat, an fortè dictu- ri sunt, in mystica quidem cena fieri hoc posse & debere, vt ista cena figura illius Mosaicæ impletat, quia Dominus eam instituit, cùm dixit viuifica illa verborum mysteria, quæ sunt in euangelio: at de loco non esse aliiquid dictum in euangelio. Videamus ergo, an sit: putant ne Magdeb. quod Dominus ex Esaiā sumptum, in euangelio Ioannis exprobrauit, inquiens: Domus mea, domus orationis vocabitur, propter Iudeos tantum & eorum

rum templum, dictum est? non credo quod ita desipient: an dicent Esaiam non prophetasse futura, cum dixit: Domus mea, domus orationis vocabi- Collatio Esa
tur cunctis gentibus? Sic enim est apud 70. ne id quidem dicent. Propheta- ^{iae cum ehan-}
uit ergo de templis & oratorijs novi testamenti sub sensum cadentibus, ut gelio de domo illud vetus cadebat. immo si forte negare voluerint, vt sunt peruvicaces, ^{golio de domo}
prophetasse ibi eum de domibus ad orandum in novo testamento Deo de- ^{orationis.}
dicatis, cum iam gentes ad fidem venerunt, coguntur ex ijs, quae in eo loco Matth. 21.
antecedunt, confiteri. Sic enim ait, Et filios aduenas sive alienigenas, vt 70. ^{Esa. 56.}
interpretati sunt, qui adhaerent Domino, ut colant eum, & diligent nomen eius, vt sint ei inferuos, omnem custodientem sabbatum, ne polluat illud, & tenentem foedus meum, adducam eos in montem sanctum meum: & la-
tificabo eos in domo orationis meae: holocausta eorum & victimae eorum placebunt mihi super altari meo, quia domus mea, domus orationis vo-
cabitur cunctis gentibus, sive cunctis populis, ut est in interpretatione La-
tina vulgata. Quem locum interpretans beatus Cyrillus in commentarijs eruditissimus prophetæ huius, Loquitur ergo, inquit, cum gentibus, quæ quidem per fidem coniunctione spirituali cum Deo copulentur: qui gloriā suam in seruitute Dei sitam esse volunt: & nomen Dei ita amant, vt iugum regni eius omni obedientia subeant: nec amplius deos alienos sequantur: qui ita seruant sabbata eius, Christi scilicet, vt non profanent ea: sabbati-
zant enim spiritualiter, quia ingressi sunt in requiem Christi: Huiusmodi ergo alienigenas promittit introducere in montem sanctum. Deinde subiungit: Prohibuit quidem lex alienigenis ingressum in templum: Non ingredietur, inquit, Ammonites & Moabites in ecclesiam Domini. At Chri- Deut. 23.
tus, qui in nouitatem spiritualem omnia transtulit, in montem sanctum, id est, in ecclesiam introducit alienigenas. Et delectabo eos, inquit, in domo orationis meae, scilicet charismatibus & spe sacramentorum. Interrogo hic Magdeb. an non delectantur ipsi maximo omnium charisnate sanctæ Eu-
charistie in loco sensibili ad hoc designato? Quis neget? debet ergo esse is locus domus orationis, iuxta prophetam: quod si est domus orationis, quomodo conuenit, vt non sit sanctificata Deo per verbum & orationem ad orandum, & sanctificetur cibus ad comedendum? cum magis nobis opus sit exaudiri in domo orationis ad salutem animæ, magisq; nobis ma- li spiritus nocere possint inter orandum, mentes variè distrahendo, quam inter mensam edendo? An non satis ratio defendit traditionem, vnde consuetudo manauit? & consuetudinem, quam fides obseruauit? Nec enim refert, ait Tertullianus, traditionem sine scripto defendens, vtrum scriptura, an ratione consuetudo consistat, quando & legem ratio commendat. Deinde paucis interiectis: Quod autem, inquit Cyrillus, domus orationis non solis Iudæis, sed gentibus per fidem vocatis, pateat, declarat, subiungens: Domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Deinde subiungit: Sed quis haec promittit? an Propheta? minimè, inquit, sed Deus qui est

I i. natura

natura bonus, qui vult omnes homines saluos fieri. Hactenus propheta, & Cyrillus optimus eius interpres. Habent ergo catholici domos orationis, à Propheta predictas, & à Domino in euangelio declaratas. Quarè orationē Deo qui eas negant & habere nolunt, alieni sunt ab hac prophetia: ac proinde dedicatus ne alieni à regno, ijs, de quibus Esaías ibi prophetat, promisso. Deindè cùm gan, alteni Apostolus in epist. ad Corinth. priore ait, Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quero à Magdeburgensis & Luteranis, si ecclēsia Dei non est domus sacra, quomodo ecclesiam Dei contemnebant, qui in ea cōmunes cibos sumebant, vt in domibus nostris solemus? utrūq; enim peccabant Corinthij, & de vtroque eos arguit Apostolus, & quod in ecclēsia Dei communes cibos pro sacris sumerent: & quod eos cum ijs, qui de qua Paul. non habebant, non communicarent. An forum dicetur contemnere, aut loquitur in porticum, aut alium locum ex communibus, si quis in eiusmodi loco communi, communem cibum aliquandō sumat? quis hoc dicat, qui sensu cōmuni non careat? aut nunquid forum, aut porticus, aut qui quis alias locūs communis, dicetur locus Dei, sicut dicitur ecclēsia Dei, & domus rit locūs non Dei? minimè. Erat igitur ecclēsia, de qua Paulus loquitur, locus non communis, sed profanus, neque communis, & religione solitus, sed potius religiosus, sacer. ac Deo Apostolico ritu consecratus, ac sanctificatus. Quarè cūm ecclēsiarum consecrationem Apostolicam esse Magdeburgenses negant, sciant se non iam epistolam Clementis, sed scripturas sanctas veteris & noui testamenti negare. Hinc Synodus Laodicenſis ex multis Asiae prouincijs coacta, quia didicerat ex scripturis sanctis propheticis & Apostolicis, non esse domum orationis domum communem, sed domum Deo sanctificatam, sanxit canone 57. non oportere Missas in domibus celebrare. & De diuino cul Synodus Parisiensis, sub Ludouico & filio eius Lotario habita, cap. 47. zu in templis, Pleriq; inquit, presbyteri neglectis basilicis Deo dicatis, in domibus Mis- quia Synodi farum celebrationes contra diuinam autoritatem & canonicam institu- potissimum tionem facere præsumunt. & in extrema parte, Quandō ergo quod Dominus prohibet, humana præsumptio non metuit, proculdubio præceptum transgredi non pertimescit. Sed, vt tandem centuriatores consecrationem ecclēsiarum ex Apostolica traditione profectam esse intelligent, videamus, quid Clemens Rom. cuius epistolas negant, in ijs libris in persona Apostolorum dicat, quos de constitutionibus Apostolorum scripsit, quos non credo, vt saepius dicam, q; negare audebunt, nē se negatores omnium librorum veterum profiteri videantur. Iubet ergo libro 2. cap. 58. Apostolica constitutio clericis quotidie manē & vespere psallere ἵπτον χυσιανόν psalmum 62. & psalmum 140. Cūm κυριακή dicit, domos Domino dedicatis intelligit. Hoc enim significat verbū, si quis Latine interpretetur. Profecta est ergo ex traditione Apostolorum, ecclēsiarum Deo dedicatio: quæ Consecratio per verbum & orationem fiat necessaria est, siue benedictio, siue consecratio dicatur.



LIBER SECUNDVS.

251

dicatur & sit: alioquì non sic vocaretur. Nè verò Magdeb. hoc genus argu- nem ecclesiæ
mentandi ex interpretatione nominum, leue esse putent, & ne ipsi negli- rum vnde pro
gant, meminerint ab Apostolo Paulo non esse neglectum, qui in epistola ad fectam esse
Hebreos ex interpretatione nominis Melchisedech, & nominis Salem, pro- constet.
bar fuisse eum typum Christi, qui verè fuit Rex iustitiae, & Rex pacis: Sic
locus ecclesiæ, quia Dominica domus dictus est, sanctus esse demonstratur,
& imago cœlestis domus, dicant enim nobis Magdeburgens. & reliqui Lu- Quomodo ars
terani, cùm ipsi κυριακὴ δὲ τὸν, id est, Dominicam coenam dicunt, volunt' ne gumentari ex
intelligi panem communem, an consecratum & mysticè benedicatum? sic interpretatio-
igitur cùm Apostoli domum ad orandum & celebrandum Missam κυριακὴν ne nominis
vocarunt, domum consecratam ac sanctificatam Domino intelligi neces- Apostolus do-
sario voluerunt. Sed prosequamur Apostolicam constitutionem à Cle- cuerit.
mente Rom. descriptam. præcipit enim paulo pōst, quotidie ἡγετούσι κυριακοῖς
canere manē quidem psal. 62. vesperè verò psal. 140. quod usque in hodi- Quid ex dñis
ernum diem per vniuersas ecclesias Orientis seruari audimus: in ecclesijs bus psalmis
verò Occidentis scimus omnes, cani quotidie in matutinis laudibus, secū- 62. & 140.
dūm Apostolicam constitutionem psalmum 62. vesperè autem singulis fe- quotidiè in
rijs ac Dominicis versum ex psal. 140. sumptum, Dirigatur oratio mea sic- ecclisia legen-
ut incensum in conspectu tuo. qui versus totam vim ac propositum psalmi 62. & 140.
complexus est. Doceamus igitur, quemadmodum ex illis quoquè psal- dis demona-
mis 62. & 140. quos quotidie manē & vesperè constitutio hæc in domo- stretur.
Domini psallere iubet, demonstretur, si quis sine intellectu nolit esse, quod
domus illa Domini, in qua hi psalmi cani iubentur, domus sit non com-
munis, sed sacrata. si enim David Saulem fugiens, quanuis non posset adesse
in tabernaculo, tamen quasi esset in tabernaculo, precabatur iuxta psal. 140.
vt oratio sua esset Deo accepta, sicut esse soleret thus, quod in templo Deo
incendebatur: & sicut sacrificium, quod in gratiarum actionem in taber-
naculo siebat. Item rursùm cùm erat in solitudine, eundem Saulem fugi-
ens, tanquam esset in sancto, id est, in tabernaculo iuxta psal. 62. orabat, &
preces suas exaudiendas esse sperabat, quia in loco sancto tabernaculi, ubi
maxime cupiebat, adesse non poterat: cùm sancti apostoli tradiderunt fi-
delibus, ut hos psalmos ἡγετούσι κυριακὴ, id est, in domo Domini quotidie al-
terum eorum, id est, 62. manē in matutinis laudibus, alterum, id est, 140. in
vespertinis psalmis canerent, an non satè clarè admonuerunt domum Do-
mini, in qua oramus & sacra facimus, successisse, tanquam corpus, umbra, &
sancto, id est, tabernaculo typico, in quo David orare desiderabat? Ergo de-
bet esse domus Domini, in qua oramus, locus consecratus ac sanctificatus.
alioquì, quomodo locus non sanctus, sed communis, sancto, id est, ta-
bernaculo, in quo immolabatur & orabatur, successisset? & profana do-
mus, quasi esset locus verè spiritualis, figuram loci typici & umbratilis im-
pleuisse? Prætereà sancti Apostoli, ut in eodem libro scriptum est, pro-
phetas (ut mihi quidem videtur) imitati, qui frequenter ecclesias insulas

II 2 vocare

*vocare solent, quod, ut ait beatus Cyrillus in comm. Esa. c. 24. in mundo
Traditio Apostolica de for
mat ecclesie in
modum nauis.*

*velut in mari positæ, turbas eius sustinent, tanquam architecti spirituales,
voluerunt ut domus Domini ita ædificaretur, ut esset oblonga in modum
vno, id est, nauis, quæ ἀπότροπον νησον, quæ insulam significat, dicitur. id est
modum nauis. ut ipsa forma ædificij admoneret, esse nos in mundo tanquam in mari, quod
fluctibus & tempestatibus assidue agitur, quod nauigari oportet in na-
ui ecclesiæ ab ijs, qui ad portum salutis peruenire vellent. quod quidem
nomen usque in hodiernum diem durat, ut nauis ecclesiæ dicatur, ut sit,
sicut de illo altero nomine κυριακῶν dicendum quoque est, in testimonium
hæreticis, profectam esse ab Apostolis, ut Clemens author est, constitu-
tione ædificandi & consecrandi Domino domos ad orandum & sacri-
fice ferant. candum. Solet enim scriptura seruare etiam nomina in testimonium rei
gestæ, ut illud in euangelio, Usque in hodiernum diem vocatur ager ille Achel-
demach, id est, ager sanguinis, in testimonium scilicet Christi ad mortem
venditi. Sic nauis ecclesiæ hodie appellatur, ut ipsum nominem ad stipulatio-*

*Apostolicæ constitutionis à Clemente scriptæ de ædificandis domibus in-
scriptura, ser-
ficarentur, quam ipsum nomen nauis ecclesiæ, quod est in consuetudine
testimonium sermonis nostri, significat. Neque hoc solum, sed constituerunt, ut ad Ori-
enti geste.*

*Constitutio
Apost. de ex-
tructione ec-
cles. versus
Orientem.*

*Quid Salomo
de construc-
dis Deo tem-
plis docuit
non timendū.
Ad que rsum
adficentur
ecclesiæ.*

*star nauis ad orandum: ipsi enim Apostoli constituerunt, ut hac forma edi-
ficarentur, quam ipsum nomen nauis ecclesiæ, quod est in consuetudine
sermonis nostri, significat. Neque hoc solum, sed constituerunt, ut ad Ori-
enti ædes sacræ spectarent, ut admoneremur de vero Oriente, qui est Chri-
stus splendor patris, cuius ortus in mundo tenebras discussit peccati & igno-
rantiæ: & de tenebris nos vocavit in admirabile lumen suum. Vnde preca-
tionem facere versus Orientem, scribit magnus Basilius in lib. de spiritu S.
ab Apostolis sine scriptura, scilicet canonica, traditum esse, id quoque usque
in hodiernum quoque diem seruatur, ut altare primum, quod vocare sole-
mus maius, versus Orientem, si commodè fieri potest, extruatur: sitque col-
locatum quasi in puppi nauis ecclesiæ. Neque verò S. Apostoli, cum de edi-
ficandis domibus Domino constituebant, illud metuebant, ne Deum, ut
hæretici obijciunt, loco circumscribere viderentur, quod Salomon quo-
quæ in vetere testamento docuit non esse metuendum, cum in consecra-
tione templi dixit, Ergo ne putandum est, quod verè Deus habitet super
terram? Si enim cælum & celi cælorum te capere non possunt, quanto
magis domus hæc, quam ædificaui? Deinde subiungit, ad quem tandem
usum ædificata esset domus Domini, inquiens: Sed respice ad orationem
serui tui, & ad preces eius. Et clarissim adhuc in secundo lib. Paralip. cap. 6.
Sed ad hoc, inquit, facta est, ut respicias orationem serui tui, & obsecratio-
nem eius Domine Deus meus: & audias preces, quas fundit famulus tuus
coram te. Propter nos igitur ædificantur templa, ut gratia spiritus S. ibi per
invocationem Dei ad loci sanctificationem, orationes nostras adiuuet, ut
virtutem ac gloriam Dei, in nostris sanctis postulatis sentiamus. Ut, sicut
Dauid in tabernaculo, quod Moyses, sicut in Exodo scriptum est, benedi-
xit, non solum spiritu adesse, quod absens quidem facere poterat, sed cor-
pore*

pore etiam in Dei obsequium desiderabat, (vt Daniel cùm apertis fenestrīs *Quæ de cultu*
versus Hierusalem orabat, propter templum Deo dedicatum) quô nō so- *spirituali in*
lum fructum interiore pietatis, sed extrinsecus etiam corporis præsen- *Salomone, &*
tiam & obsequiū Deo offerret, cùm aiebat: Situit in te anima mea, quām *Daniel scripta*
multipliciter tibi caro mea: in terra inuia & in aquosa, sic in sancto apparui *sunt, non pro-*
tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam, sic idem quoq; nos faci- *pter illos tan-*
amus: nec enim hoc, quod ad cultum spiritualē Dei pertinet, propter Da- *tum, sed pro-*
uid tantum scriptum est, sed propter nos etiam, qui hæc verba usq; in ho- *pter nos scri-*
diernum diem, in templis nostris post impletas veteres figuræ, in spiritu *pta sunt.*
& veritate Deo canimus.

Quomodo consecratio ecclesiæ necessariò demonstretur ex prophetia Ag-
gæi, collatis consequentibus, & ex ijs quæ Salomon dixit iu consecratione
templi, & quid sanctus Maximus de ecclesijs dicat, & de ritu multiplici
consecrandi domos Dei, ex Iuone Episcopo Carnotensi. Cap. 20.

DEniquè, nè ullus iam contradicendi locus relinquatur, est prophe-
 tia Aggæi clarissima de nostris templis Deo sanctificatis, quæ quidē
 quām diū Luterani negant esse loca orationis ac cultus spiritualis,
 religiosa & Deo consecrata, nec in eis virtutem & gloriam Dei videre vo-
 lunt, neque ibi pacem à Deo per remissionem peccatorum petere, tam diū
 necessè est, non esse eos filios prophetarum & promissionis. Hortans ergo
 propheta Aggæus Israelitas post redditum Babylone ad instauracionē tem-
 pli diruti, & ædificatiōem ac dedicationem noui templi, vt est in lib. Esdræ 1. Esdr. 5.
 priore, Quis in vobis, inquit, est derelictus, qui vidit domum istam in glo- Agg. 2.
 ria sua prima? & quid videtis hanc nunc, quasi non sit in oculis vestris? &
 nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus: & confortare Iesu fili Io sedec,
 Sacerdos magne: & confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exer-
 cituum: & facite, quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus exercituum.
 Spiritus meus erit in medio vestri, nolite timere. & paulo pòst, Ego, inqt,
 implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. deinde subiungit,
 Magna erit gloria istius domus nouissimæ plusquām primæ, dicit Do-
 minus exercituum: & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.
 Hunc locum, nè sine authore atque interprete & quidem grauissimo lo-
 quar, interpretans beatus Cyrillus Alexand. in commentarijs huius Pro-
 phetæ Aggæi, Quia, inquit, timebant Israelitæ, nè templum pro dignitate
 ædificare possent, cum deberet Propheta ad eos confirmandos loqui de il-
 lo ipso templo secundo, ad cuius ædificationē hortabatur, quod plus erat,
 de nostro templo ἐκ τριποδοῦ prophetare maluit: vt sic eos doceret, in eo
 spem ponere, qui hoc nostrum templum multò illo admirabilius aliquā-
 dō ædificaturus esset. Tanto enim, inquit, glorioius est templum, quod in
 aduentu Christi extitit, quām vetus illud, quanto præstantior est cultus

